

niam super <sup>a</sup> fluvium Uuisera in loco qui dicitur Huxori <sup>b</sup> construi iussimus, quod et viro venerabili Adhalhardo construendum regendumque <sup>c</sup> commisimus, qui erat abbas in altero antiquiori monasterio quod eque Corbeia vocatur, a quo et novum supradictum monasterium nomen constat esse sortitum. Itaque nos divina inspiratione compuncti et celestis patrię amore succensi ob animę nostrę salutem concessimus eidem monasterio cappellam <sup>d</sup>, quam dudum domnus <sup>e</sup> et genitor noster Carolus <sup>f</sup> bone <sup>g</sup> memorie piissimus quondam <sup>h</sup> imperator in castello quod dicitur Heresburg construi iussit, cum omnibus rebus et mancipiis (ac decimis) ad eam <sup>h</sup> pertinentibus, quantumcumque memoratus <sup>i</sup> domnus et genitor noster eidem capellę pia <sup>k</sup> devocione <sup>k</sup> contulisse dinoscitur cum omni integritate sui prędicto monasterio ad subsidia monachorum ibidem deo famulantium per hanc nostrę auctoritatis donationem a die pręsenti perpetuo habendum atque possidendum concessimus et in ditionem eius transtulimus eo <sup>l</sup> videlicet modo <sup>l</sup>, ut quicquid ab hodierna die et <sup>m</sup> tempore <sup>m</sup> de predicta capella vel de his <sup>n</sup> quę ad eam pertinent rectores et ministri supra memorati monasterii disponere atque ordinare vel <sup>o</sup> etiam regere <sup>o</sup> pro utilitate eiusdem monasterii vel fratrum in eo degentium voluerint, absque ullius iniusta contradictione ordinent atque disponant <sup>p</sup> et faciant quicquid utilitatibus <sup>q</sup> prędicti monasterii congruere et convenire perspexerint. Et ut haec auctoritas <sup>r</sup> largitionis <sup>s</sup> nostrę <sup>s</sup> per futura tempora inviolabilem atque inconvulsam obtineat firmitatem et a fidelibus nostris tam pręsentibus quam futuris seu etiam successoribus nostris fidelibus <sup>t</sup> sancte dei ecclesie <sup>t</sup> verius certiusque credatur, eam manibus propriis subter signavimus <sup>u</sup> et anuli nostri impressione signari <sup>v</sup> iussimus.

---

*hier et sancti Viti martiris über der Zeile mit dunklerer Tinte von späterer Hand nachgetragen, von derselben Hand, welche dieselben Worte in derselben Kopialbuch-Überlieferung von M.<sup>2</sup> 927 und 1368 und et beati Viti septennis pueri in M.<sup>2</sup> 922, 1366 und 1369 nachtrug; das Alter dieser Nachträge ist schwer zu bestimmen, vielleicht 12. Jh. oder später.*

<sup>a</sup>) supra D    <sup>b</sup>) Huxeri B    <sup>c</sup>) regenque C    <sup>d</sup>) fehlt B    <sup>e</sup>) dominus B    <sup>f</sup>) Karolus C    <sup>g</sup>) bone — quondam fehlt B    <sup>h</sup>) se C  
<sup>i</sup>) fehlt B    <sup>k</sup>) pia devocione fehlt B    <sup>l</sup>) eo — modo fehlt B.    <sup>m</sup>) et tempore fehlt BD    <sup>n</sup>) hiis C    <sup>o</sup>) vel — regere fehlt B    <sup>p</sup>) aus disponent von ders. Hand korr. B    <sup>q</sup>) fehlt B, utilitatis C    <sup>r</sup>) auctoritatis B    <sup>s</sup>) nostrę largitionis B    <sup>t</sup>) fidelibus — ecclesie fehlt B  
<sup>u</sup>) auf Rasur von ders. Hand B    <sup>v</sup>) signiri C